

gemus à D E O petendum. Deus enim, ut Augustinus loquitur, exaudit nostras preces, vel ad voluntatem, vel ad salutem nostram.

I. Argumentum Christus mox repetit, additâ illustratione à contrario:

*Hactenus non petijstis, &c. Petite, &c.*

*Q. d.* Hactenus non opus vobis fuit aliquid petere, ipse enim vobis visibiliter fui præsens, sed cum assumtus fuero, facite periculum, & experiemini me vera vobis promississe. Nam petiverunt quidem, sed non absente Christo.

Mat: 6.

V S V S.

Paret hinc C H R I S T U M nobis admodum benè cupere.

II. Argumentum à necessario:

*Venit tempus, &c. In illo die petetis, &c. Es wird euch wol lernen/28.*

Hoc illustrat à contrario: *Hac per proverbialia, &c. Q. d.* Putastis me, per proverbialia vobiscum loqui, cum concionatus sim, de meo abitu ex hoc mundo, & dixerim vobis necesse fore, me non amplius vobiscum versante, in meo nomine petere, sed in die Pentecostes, ubi Spiritum sanctum acceperitis, petetis, & intelligetis, quid mea verba voluerint.

Argu.